

(nisi forte exemplo Caiaphæ intentionem non habentis, & ipsi prophetenti) sed etiam ipso jure & de facto (ut ajunt) pretensio ista evanescit: quia in Novo Testamento unus duntaxat est *ἀρχιπομὴν* per sanguinem fœderis æterni, qui successorem non agno cit; sed est Sacerdos secundum ordinem Melchisedech, *cujuſ iεροτική ἐγίνετο Βατός*, hoc est, sine successione Sacerdotium; ut est Hebræ. 7. v. 24. & cap. 13. 20.

C III.

Itaç; funiculo putri prærogativam successionis suæ ex Petro suspendunt Romani Simones, ac Sinones, cùm Pastores & Doctores Ecclesiæ omnes, præsertim, qui post Apostolos mediatè pascunt Ecclesiam, tantum sint Sympresbyteri ac testes afflictionum Christi, & consortes Gloria patefaciendæ, Gregis Dominicicuram agentes, non coacte, sed libenter, nec turpis lucri aridi, sed prompto animo, NEC DOMINANTES CLERO, sed ut exemplaria Gregis, ut cū apparuerit pastorum Princeps, reportent immarcessibilem Gloriæ coronam. I. Petri. 5. v. 1. 2. 3. 4.

C IIII.

Missis igitur Pontificiis, illud arcte teneamus, non minus efficaces fuisse, & esse Mediatoris nostri pro omnibus Credentibus effusas preces, ne deficiat Fides ipsorum, quam pro Petro. In ð adhuc pro nobis idem ad dexteram D E i propterea interpellat, quia non minus nostra interest, quam Petri, ne totaliter extinguatur Fides nostra, tūm propter reparationem nostri, tūm ob consolationem in temptationibus: quo nomine non modò paræneses, incipitationes, & comminationes (tanquam conservandæ, nec in totum extinguendæ fidei media) sed etiam amplissimæ præsentissimæq; promissiones de perseverantia in Fide, tūm in veteri, tūm in novo Testamento nobis proponuntur.

C V.

Quâ de causâ haud immerito mirum videri posset, caligare quorundam oculos instar Noctuarum, ad tantam Divinarum promissionum Lucem, super Fidei Electorum non prouersus abolendâ, nisi dato uno inconvenienti consilii plua necessitatem foret. Nam cùm veram justificantem, & salvificam Fidem non solis Electis vendicent, sed etiam Reprobis distribuant, non est mirum errorem errore cumuare, ut non modò finaliter in Reprobis, sed etiâ totaliter in Electis Fidem deficeret posse statuat.

C VI.

Sed hac ratione ipsa Electorum Fides eodem modo se haberet, quo *τῶν αερογίρων* Fides: nec desperationis evitari posset Barathrū (nefas.

D 3. dictur